Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De VII fratribus

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

festinus eligas. tum mori non distulit.
Tunc seneca balneo in aqua tepida intravit qui
brachio suo minuens sanguinem et sic sanguis flu
xu vitam finivit. et sic quodam presagio sene
ca nomen habuit quasi se necans quia quodammodo in
se necavit manu propria se necavit. hic se
neca duos fratres habuisse legitur: unus
fuit iulius gallio declamator. alius
egregius. qui manu propria se peremit. alius
mela pater lucani poete. qui lucanus a mali
one nerone obiusssum venas incidisse
legitur. Rursus nero nepharia amentia
ductus vesania ut in cronicis historiis apocri
fis legitur matrem occidi et scindi iussit
ut videret qualiter in ventre eius fotus fuerat.
philosophi vero cum de matris nece eum ar
guentes potionem dicebant: Iura ne
gant. fas prohibet ut filius matrem
necet: que ipsum cum tanto dolore peperit et
cum tanto labore et sollicitudine nutri
vit. Quibus nero. facite inquit me puero
impregnari. postea parere. ut quantus
dolor matris mee fuit possim scire. hanc
etiam voluntatem pariendi conceperat eo quod
per urbem transiens quandam mulierem voci
ferantem parientem audierat. dicunt ei. Non est
possibile quod nature est contrarium. nec est fabi
le quod rationi non est consentaneum. dixit eis
nero. nisi feceritis me puero impregnari et
parere omnes vos faciam crudeli morte in
terire. Tunc illi eum impocionantes ranam
sibi occulte ad bibendum dederunt et eam
artificio suo in ventre eius crescere fecerunt.
et subito venter eius nature contrarium non
sustinens ita ut nero se puero gravidum
existimaret. faciebantque sibi servare die
tam qualem nutriende rane noverant con
venire. dicentes quod propter conceptum ta
lia eum observare oporteret. Tandem ni
mio dolore vexatus medicis ait: Ac
celerate tempus pariendi. quia longus pariendi
vix habebo hanelitum respirandi. Tunc
ipsum ad vomitum cum potionarunt et ranam
visu terribilem humoribus infectam et san
guine cruentatam evomuit. Respiciens
quoque nero partum suum ipsum abhorruit et mi
rabile adeo monstrum suum. dixit quod
tam deformem fetum produxit eo quod tem
pus pariendi noluit exspectare. Erat au
tem ut talis de matre egressus latebulis.
Et illi precepit ut fetus suum debito
in lapideum includeretur. hec autem in cro
nicis non leguntur sed apocrifa sunt. Dein
de miratus qualis et quantus fuit succes
sio troie per septem dies et noctes romam
succendere fecit. quod excelsissima turri
perspectans. letatus quoque flamme pulch
ritudine tragedo habitu helyadem decan
tabat. hic sicut fertur in cronicis reti
bus aureis piscabatur. citharis intende
bat ita ut omnes cytharistas et trage
dos superaret. Viro nupsit. duxit ipse
quoque viro ut uxor acceptus est ut ait oro
sius. Romani vero eius vesaniam ul
terius non ferentes. in eum impetum fecerunt et
usque extra civitatem persecuti sunt. Qui videns
quod evadere non posset fuste dentibus mor
sibus exacuit et se per medium palo trans
fixit et tali morte vitam finivit. Ali
bi tamen legitur quod a lupis devoratus
sit. Redeuntes igitur romani ranam
in testudine latentem invenerunt et
ipsam extra civitatem proicientes combusse
runt. unde et pars illa civitatis ut aliqui
dicunt ubi rana latitavit lateranis
a latente rana nomen accepit. De vii.
fratribus
Septem fratres fuerunt filii
beate felicitatis quorum nomina sunt ianu
arius. felix. philippus. silvanus. a
lexander. vitalis et martialis. hos omnes

cum matre iussu imperatoris antonini publius prefectus ad se vocari precepit. suasitque matri ut sui et filiorum misereri deberet. Que ait. Neque blandiciis tuis potero allici nec terroribus frangi. Securam enim sum de spiritu sancto quem habeo, quod te superabo viva et melius interfecta occisa. Et conversa ad filios ait. Videte filii mei celum et sursum aspicite filii mei quia ibi deus xpc nos expectat. Fortiter pro ipso pugnate et fideles vos in xpi amore exhibete. Quod prefectus audiens eam alapis cedi iussit. Cum igitur mater et filii in fide constantissimi permanerent, tunc omnes matre vidente et confortante diversis suppliciis interempti. Hanc beatam felicitatem vocat Gregorius plusquam martyrem quia septies passa in vii. filiis et octavo in corpore proprio passa est circa annos domini c.x.

De sancta Margaretha

Margarita dicitur a quadam preciosa gemma que margarita vocatur, que gemma est candida parva et virtuosa. Sic beata margarita fuit candida per virginitatem, parva per humilitatem, virtuosa per miraculorum operationem. Virtus autem huius lapidis dicitur esse contra sanguinis effusionem, contra cordis passionem et ad spiritus confortationem. Sic beata margareta habuit virtutem contra effusionem sui sanguinis per constantiam, quia in suo martyrio constantissima extitit. Contra cordis passionem, id est demonis temptationem, per victoriam, quia ipsum dyabolum superavit. Ad spiritus confortationem per doctrinam, quia per suam doctrinam multorum animos confortavit et ad fidem xpi convertit. Eius legendam theotimus vir eruditus scripsit.

Margarita de civitate antiochie filia fuit theodosii gentilium patriarche. Hec nutrici traditur et ad ultimam etatem veniens baptizatur et ideo a patre plurimum habebatur odio. Quadam igitur die cum iam xv. annum attigisset et cum aliis virginibus oves nutricis custodiret, olibrius prefectus transiens et puellam tam speciosam considerans mox in eius amore exarsit et pueros ad eam mittens ait: Ite et eam apprehendite ut si libera est eam in uxorem accipiam, si ancilla eam in concubinam habeam. Cum igitur eius in conspectu presentata esset, eam de genere suo et nomine ac religione requisivit. Illa autem respondit se genere nobilem et nomine margaritam et religione xpianam. Cui prefectus: Duo prima tibi recte conveniunt quia et nobilis haberis et margarita pulcherrima comprobaris. Sed tertium tibi non convenit ut puella tam pulchra et nobilis deum habeat crucifixum. Cum autem margareta eum sponte pro redemptione nostra asseret crucifixum, sed nunc cum eo in eternum vivere affirmaret, iratus prefectus eam in carcerem mitti iussit. Sequenti autem die eam ad se vocari fecit eique dixit: Vana puella miserere pulchritudini tue et deos nostros adora ut bene tibi sit. Cui illa: Illum adoro quem terra contremiscit, mare formidat, venti et omnes creature timent. Cui prefectus: Nisi mihi consentias corpus tuum faciam lacerari. Cui margareta: Xpc semetipsum pro me in mortem tradidit et ideo pro ipso mori non dubito. Tunc prefectus iussit eam in eculeum suspendi et tam crudeliter lacerari quod sanguis de eius corpore tamquam de fonte purissimo emanavit. Flebant autem qui ibi aderant et dicebant: O margareta vere dolemus super te quia corpus tuum tam crudeliter